Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



48.

De natuitate dñi
ihesu infra actionem.

Communicantes et noctem sacratissimam diem sacratissimu celebrantes. in q̃ beate marie intemerata virginitas hunc mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam venerantes. in primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis dei et dñi nostri ihesu christi. Sed et beatorum:

De epiphania dñi
infra actionem:

Communicantes et diem sacratissimu celebrantes. quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate nostre carnis visibiliter corporal' apparuit. Sed et:

In cena Dñi
infra actionem:

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster ihesus christus pro nobis traditus est. Sed et memoriam venerantes. in primis gloriose semper virginis Marie genitricis dei et dñi nostri ihesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martirum tuorum. Petri Pauli Andree. Iacobi Iohannis. Thome. Iacobi. Philippi. Barthlomei. Mathei. Simonis et Thathei. Lini Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cipriani. Laurencij. Crisogoni. Iohannis et Pauli.